

1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
17  
1.  
2.



18  
DISPUTATIO JURIDICA

DE

1709 2.

REMEDIO  
REVISIONIS,

Quam

17

P 450  
SUPREMO NUMINE BENEDICENTE  
ANNUENTE AMPLISSIMO JURISCONSULTORUM ORDINE

PUBLICÆ

VENTILATIONI SISTIT

PRÆSES.

JOHANNES ADAMUS  
MAJER, CRUSIANUS U. J. D. Serenissimi Du-  
cis Wirtembergici Profes. Extra-Ord.

RESPONDENTE


CHRISTOPHRO LUDOVICO GABLERO, LL.  
Stud. Stuttgart.

Ad diem April.

ANNO MDCCIX.

TUBINGÆ.

Typis Viduz GEORGI HENRICI REISSI.








CUM DEO

PRÆFATIO.



Deo inventa, & ador-  
nata esse judicia su-  
prema, ut per ea po-  
tissimum iniquitates  
sententiarum in pri-  
ma instantia emanatarum, habitâ præ  
oculis justitiâ, corrigantur, nemo est,  
quem hoc lateat. Cum autem pateat,  
hoc vitio iniquitatis non semel etiam  
hæc summa laborare judicia, proinde  
non abs re etiam contra sententias in  
iis latis, saluberrima ad earum corre-

A 2

ctio-

ctionem prodita sunt remedia, inter  
 quæ non minimum est, adhuc hodie  
 utilissimum Remedium Revisionis in  
 Imperio & alibi ut & in nostro Duca-  
 tu salutariter receptum. Placuit er-  
 gò hanc in foro utilissimam materi-  
 am præ aliis Juris materiis, Disputa-  
 tionis loco eligere, & theses nonnullas  
 de eâ elaboratas ad ventilandum pu-  
 blicè proponere; quod DEUS benè  
 vertere velit.

THES. I.

**D**icitur autem *Revisio* à revidendo; revidere enim hoc lo-  
 co est, ex iisdem Actis judicare, *Benl. Tr. d. Rev. Con.*  
*16. num. 51. Struyck de Remed. contrarem judicaz. cap.*  
*4. pag. 62.* Unde vulgò vocatur *Relectio Actorum*;  
 neque enim quidquam prioribus additur Actis; aliàs siquidem non  
 esset *Revisio*, sed *Additio Actorum*, super qua *Judices* non essent  
 auditi, neque super iis quidquam judicatum, ut proinde erroris &  
 iniquitatis argui non possit; cum quæ non sunt, revideri nequeant,  
 & non entis nullæ sunt qualitates aut affectiones; de quo in-  
 fra opulentiùs patebit. *Adv. P. F. d. 109. n. 1. Gail. 1. CH. 154.*

Thef.

## II.

**E**T est remedium Juris, quo sententia, à qua ulterius appellari non potest, lata, ex prioribus & antiquis Actis petitur declarari iniqua. Dum autem dicimus quod sit Remedium Juris; inde quærimus, an illud sit Remedium Ordinarium an vero Extraordinarium? Pro Ordinario Remedio pugnat *B. Text. in Diss. de Remed. contra sentent. L. 3. num. 2. Limæus J. Publ. Lib. 9. §. 2. num. 207. Heig. Part. 1. quæst. 10. num. 69. Knichen. d. J. Sax. c. 5. num. 101*: pro quorum sententia facit 1. quod Revisio publica Lege introducta. *Ord. Cam. P. III. T. 53.* 2. omnibus læsis in Camera per sententiam iniquam, hoc Remedio sit consultum 3. Quod Revisio & appellatio ejusdem sint Naturæ. Contrariam tamen sententiam alii, quibus hoc Remedium extraordinarium esse videtur, impugnant, non abs re, uti videre est apud *Gilhaus. in AB. Judic. & Civ. Part. 4. cap. 8. Berlich. num. 1. 60. num. 3. Bender d. Revis. Conclus. 1. num. 1. Umm. Diss. ad Process. 19. th. 32. Reink. d. Reg. Sec. & Ecc. cap. 2 cl. 2. cap. 13. Rumel. ad A. B. P. 2. d. 2. th. 20.* exinde, quia contra Regulas Juris communis, sit introducta, & quod multa singularia in hoc judicio insuper sunt recepta, quæ posterior sententia nobis verior videtur. *Jung. Pleb. ad J. P. w. Diss. 1. 6. 193.*

## III.

**D**ividitur Revisio in Revisionem Camera; ubi est Remedium extraordinarium, quo in Camera, per sententiam læsis, ex quadam benignitate, per Commillarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos, revidendo acta succurrit.

curritur. *Roding, in π. Cameral. Lib. 13. T. 6. Bender tr. de Revis. Concl. 1. & aliorum Inferiorum Statuum.*

IV.

**E**st autem Revisio quoad **Causam Efficientem** remotam Jure Civili plane incognita, in nostro Imperio autem Romano publicâ Imperii Lege introducta, ob sententias Camerales. *O. C. P. 3. T. 53. Bocer. Class. 6. d. 35. & ad Exemplum Camera sequentibus temporibus ab Inferioribus Statibus similiter recepta, ut in hoc nostro Ducatu. W. D. P. I. T. - 8. doch soll pariter in Silesia Reink. L. 1. con. 4. c. 17. n. 74. & Ducatu Cellensi Habn. in nos. ad Wesenb. tit. d. sent. Quamvis autem hoc Remedium in Imperio salutariter per multos annos duraverit, Summo Republicæ & litigantium bono, seqq. tamen temporibus diu quasi mortuum & sepultum jacuit, cujus rationes videre licet apud *Rumel. Disp. ad A. B. P. 2. 2. th. 20. ibique Myler ab Ebreub. in addit. A. Motâ sc. controversiâ inter Status Imperii, ratione Reservati Ecclesiastici vulgò des geistlichen Vorbehalts; donec ab interitu illud vindicaverit Novissimus Imperii Recess. Id. Anno 1654. & sic in pristinum vigorem restituerit. Jure tamen Saxonie, hoc Remedium non obtinet, sed in locum illius Oberleuteratio est introducta. Rod. c. 3. D. Stryk. in Introd. ad Prax. Forens. c. 23. §. 30. 34. 57.**

V.

**C**ausa Impulsiva introductæ Revisionis hæc est, ut Judices, qui sciunt, illorum sententiam revivum, & si in illa deprehendatur iniquitas, retractatum iri, omnia accuratius ac judicii dexteritate perpendant. *Rumel. d. th. 20. Ord. Cam. p. 3. T. 53. ibi: Damit Cammer-Richter und Befugter desto fleißiger seyn / &c.*



## VI.

**C**ausa Proxima Revisionis est Judex Competens. Hic verò disting. inter Revisionem sententiz Cameralis & aliorum Statuum Imperii. Prius quod attinet, Visitatores Cameræ Imperialis sunt etiam Judices in Judicio Revisorio. *Ord. Cam. T. 53. P. III. ibi: darauff gedachter Erg-Bischoff / das auch Churfürsten / Prälaten / Grafen und Stätten / so zu der jährlichen Visitation verordnet / schreiben / und Ihnen solches anzeigen / ic.* Quinam verò sint Visitatores Cameræ Imperii patet ex *Ord. Camer. P. I. T. d. 53.* videlicet Commissarii Imperatoris. Hodie tamen Principibus necessitas personaliter comparendi est remissa per d. Recess. Imp. ult. §. wie nun die Uberschüsse / ic. qui Revisores Ordinariâ gaudent Jurisdictione, non delegatâ, quia quæ simpliciter ex Lege competunt, mandari vel delegari nequeunt, *arg. l. 1. §. 1. d. off. ejus cui mand. Jurisd.* atque iis simpliciter ex *O. C.* potestas hæc concessa est *Text. de remed. contra sent. Tit. 3. cap. 3. n. 7.*

## VII.

**Q**uod verò attinet Revisionem Sententiæ ab inferioribus Statibus latæ, tunc vel Princeps ille aut Status habet Revisorium Judicium, & res facile patet; si verò non habet, tunc super viribus sententiæ latæ, vel Academia aliqua, aut Collegium Juridicum aut certi partibus utrisque non addicti Jcti, cognoscium illud habeat vim sententiæ; quod omnino affirmandum censemus, quia d. §. in locum Revisorum substituitur illud Collegium, nec quidquam operabitur illa transmissio Actorum ad Collegium, li

si tantum habeat vim consilii *Tex. d. l. th. 3.* In hoc Ducatu Revisio ex Consilio superiori à nonnullis Consiliariorum ad hoc Deputatis, fit, *J. P. W. P. I. Tit. 78. pr.* & à Revisorum arbitrio dependet, an debeat suspendi executio. Et si nonnulli parti sunt suspecti, solent in locum Consiliariorum alii substitui.

### I I X.

**C**Um verò Judex non faciat officium, nisi imploratus *l. 4. §. 8. d. damn. infest.* & hinc Revisionem non suscipiat ex officio Unde ad Revisionem requiritur ratio lesi petitio & impetratio seu Libellus pro decernenda Revisione Judici, penes quem est Revisio, oblati; quæ Revisionis petitio non recipitur, nisi contra sententiam Revisionalem gravamina cum petito offerantur *Meu. P. 8. decis. 81.*

### I X.

**N**E autem temeratio aiusualiqui ad hoc Revisionis Remedium prosiliant, constitutum est, ad formalia Revisionis præstanda, in Camera non tantum, sed & multorum locorum Statutis comprobatum, ut, priusquam inchoetur Revisionis negotium, certam pecunie summam pro qualitate persona & pro gravitate causæ, Revisoribus determinandam, is qui petit Revisionem, deponat. *O. C. P. III. T. 53. und damit in solchem / xc. J. P. W. P. I. T. 78. §. so dann* Et quidem deponenda est statim, ita ut, præcedat Revisionem, non verò subsequatur eam. *Affiz. dec. 355. B. Myl. d. l. th. 24. lit. 2.* Audiendus, tamen impetrans si pro pecunie depositione, quando difficulter conquiri possit, idoneè satisfare velit? *O. C. d. Tit. 53. und damit / xc. ibi genugsam verbürgen. Rhodig. l. 3. T. 61.*  
pag.

pag. 855. Quin etiam si ob inopiam fidejussores vel moribus quoque pignora invenire nequeat, ad juratoriam cautionem tunc admitti communis est Doctorum sententia. *Rumel. Th. 24. Gail. Obs. 155. num. 10. Reink. L. 2. Classe. 2. cap. 5. Rhodig. d. 1. Bender. de Revis. Concl. 6. num. 8. seqq. & Concl. 7. num. 10. Schwanem. in diff. J. Civ. & Can. cap. 8. num. 77. quæ & æquitati convenit, quia Justitia diviti æquæ ac pauperi administranda, & ad impossibile nemo obligari potest propter l. 185. d. R. J. Illust. Du. Strick. de Remed. contra rem judic. c. 4. p. 64. ubi ad minimum tamen paupertatem, intra tempus hujusmodi fatale legitime & quantum fieri possit, probandam esse monet; secus sententiam prioris instantiæ in rem judicatam transire, arg. eorum quæ tradit Lancelot de Attentat. Ampl. 1. num. 63. Bender. Concl. 20. n. 1. 81. Ruland. d. l. num. 5. Etenim formam Revisioni præscriptam non observans, ejus auxilio se fraudat Grav. lib. 10. Præb. Concl. 3. num. 3. & seqq.*

X.

**A**Dversus lapsum verò fatalium restitutionem in integrum concedit *Gail. 1. Obs. 143. n. 1. Pacianus d. Probat. l. 2. ex. 42. n. 13. etiam majoribus, ex generali clausula: si qua mihi iusta causa videbitur in l. 26. §. ff. ex quibus caus. majores Lancelotus d. §. 20. l. 4. n. 13. Grav. lib. 1. Bes. Part. 3. concl. 142. n. 110. & p. 4. cons. 157. num. 36. & seqq. ob legitimum videlicet impedimentum Gail. & Pacianus dd. 11. quale paupertatis est. Guid. Papa Dec. 213. Bocer. Dec. 247. num. 16. quod probari oportet: arg. c. ex ratione sibi confiterit extra de appell. Gail. & Grav. dd. 11. ubi de modo probandi plura tradunt. Petitam verò ab Impetrante Revisionem Judex Revisionis non temerè decernat, sed iusta ratione motus, unde in hoc Ducatu impetrans juramentum malitiæ præstare tenetur J. P. W. Part. 1. Tit. 78. §. Darauff fol. 10. Bocer. cl. 6. Disp. 35. n. 54.*

B

THES.

XI.

**S**ubjectum sunt personæ impetrantes, illi scilicet, qui per sententiam videntur læsi; hoc enim remedium in Camera omnibus læsis competit *Bender. d. Revis. Concl. 20. num. 122. O. C. P. 3. tit. 53. ibi wo einige hinfürder R. J. d. Anno 1654. §. 119. wer mit Cammer-Gerichts Urtheil beschwert; exceptis bannitis. Et non tantum principales litigantes sed & intervenientes, qui, mota ab aliis lite, pro suo jure seu interesse intervenerunt O. C. d. 1. 53. §. darauff; 2c. Gail. 1. Obs. 69. Myns. cent. 3. O. 13. Bend. d. tr. Concl. 11. num. 5. Is autem, contra quem Revisio petitur, non dicitur reus, sed impetratus, scilicet omnis, qui ex priori sententia aliquod jus sibi pratendit; imò suo modo etiam iudex qui sententiam, quam impetrans dicit iniquam, tulit, qui proinde cum Assessoribus illius sententiæ latæ, causas & rationes reddere debet *Meisner. L. 1. rerum jud. Dec. 46.**

XII.

**O**bjectum Revisionis constituunt sententiæ, non tantum in Camera, sed etiam ab inferioribus Imperii Statibus latæ, quæ scilicet appellationem ulteriorem non admittunt, & legalem continent summam; *D. Stryck, in Introd. ad Pr. For. cap. 73. §. 30. unde ratione objecti requiritur, ut sententia sit lata nec refert an interlocutoria sit, an verò definitiva; de hac quidem res est, indubia, propter l. 2. C. jud. ut Lit. pend. l. 5. C. de precib. Imper. offer. & non dubitare etiam licet, de sententia interlocutoria, vim definitivæ habente, dum primo Ordinationo Cameralis loquitur generaliter in Tit. 53. von Urtheilen & insuper 2. ab hac sententia appellatio est permilla; Ergò & Revisio ob eam concedenda erit *Gail. 1. Obs. 155. Kumsel. ad A. B. Part.**

P. 2. cap. 2. for. 24. & ibi: Myler in *addit. lit. A. Grav. 1. Obs. 155.*  
*Bend. Concl. 10. n. 1. 8. Bocer. d. l. 6. D. 35. n. 7.* neque etiam inter est,  
utrum sententia sit lata in civili an vero Criminalicausa; illis scilicet  
in casibus, quibus Camera Imperialis etiam est iudex in causa cri-  
minali competens & quando appellatio in his causis ad eam ad-  
mittitur, unde si nullitas in causa Criminali admittitur, illis in casibus  
quibus, inauditus vel absens condemnatus est, aut in ea de pecu-  
niaria poena agatur, si principaliter nullitatem in Camera pro secutus  
fuerit actor, in his etiam Revisio admittitur. *Myns. Cent. 4. Obs. 41.*  
*Bocer. d. s. n. 10. Class. 6. D. 35.* secundò ratione Objecti requiritur,  
ut sententia lata sit, à qua ulterior appellatio denegatur, unde postquam  
à sententiis in Camera Imperiali latis appellatio non admittitur *O. C.*  
*P. 3. Tit. 51.* idè in ejus locum introducta est Revisio *d. p. 3. Tit. 53.*  
Unde in hoc Ducatu, postquam à sententia summi Dicasterii appellare non licet,  
revisionis remedium locum habet. *J. P. W. p. 1. Tit. 78. pr.* ibi die von unserm Hoff-  
Gericht weiter nicht appelliren können/ &c. Ex quo requisito ulterius inferitur,  
quod si talis sit sententia, à qua appellatio non datur, nec revisio procedat.  
Unde contra sententias in possessorio summarissimo latis hoc remedium  
Revisionis non admittitur *Bend. de Rev. Concl. 35. n. 46. vid. Bocer. d. l. n. 11. Esq.*  
tertiò requiritur, ut sententia illa summam legalem contineat,  
hinc à sententia Camerali, tunc demum datur revisio, si summa  
litis sit bis mille Imperialium sortis, non computatis usuris wann die  
Sach 2000. Reichsthaler Capital ohne Einnehmung der Zins und  
inzerelle sich betragen *R. J. noviss. S. 127. B. Grav. Diss. de Jud. Syndicatus. pag. 46. Tb. 1.*  
*Strick, junior. de Rem. contravrem Jud. pag. 63. add. ejus parens,* in introductione ad *prax. for. 23.* & in re vili non admittitur  
revisio *Ruland. de Commissar. Part. 1. l. 2. cap. 20. lit. A.* In hoc Ducatu summa ad 200. florenos est restricta *vid. J. P. W. P. 1. T. 78. in pr. Bocer. d. l. n. 52.*

### XIII.

**F**orma seu differentia specifica, qua revisio ab aliis remediis,  
B 2 quibus

quibus sententia impugnatur, distinguitur, in eo consistit, quod per Revisionem petatur sententia ex prioribus actis declarari iniqua, per eam siquidem nihil novi in iudiciis deducitur, nec ulteriores admittuntur probationes, sed ex prioribus actis iudicatur, æqua ne fuerit sententia an verò iniqua, nam revidere, est ex prioribus actis iudicare juxta *Disq. l. 10.* Et hinc ea differt à restitutione in integrum, quæ conceditur ob novas causas, aliàs enim daretur rei iudicatæ exceptio *l. 12. l. 13. l. 14. de Ex. R. Jud. O. C. P. 3. Tit. 52. vid. Rhodinger. P. 3. Tit. 61. pag. 391.* secundo, hæc conceditur non nisi certis personis, illa omnibus læsis. tertio Restitutio locum habet etiam contra sententiam, quæ non transit in rem iudicatam *vid. Mev. Part. 2. Decis. 152. § 298. Ref. P. 4. Conf. 182. nam. 20.* at non revisio; porro revisio non petitur coram eodem iudice, bene verò restitutio in integrum *l. 17. ff. de Minor. O. C. P. 3. l. 52.* differt autem à supplicatione in eo, quod supplicatio neq; certam sumam revisibilem requirat, neq; omni casu cautione & scriptura postulet, at revisio per *Tex. in O. C. p. 3. l. 53.* verbis, *jederzeit in Christen zu erkennen geben/te.* *Laud. Stryk. de Rem. contra rem. jud. c. 4. p. 67. Rum. p. 2. Disp. 2. Th. 20.* & sibi Myler ab Ehrenbach, *in add. lit. A.* ita etiam non locum habet supplicatio à sententia in Camera Imperiali lata, bene tamen Revisio *O. C. p. 3. Tit. 51.* præterea supplicatio fieri potest intra biennium auth, quæ supplic. C. d. precibus Imp. offer; tertio differt à querela nullitatis, quippe quæ ob sententiæ nullitatem tantum conceditur, revisio verò ob ejus iniquitatem. differt autem in eo, ab appellatione quod: hæc, ceu querela iniquitatis *lex. 37. de Minor. jure communi ordinario & mera justitia nitatur tot. tit. ff. & C. de appell.* illa verò ex quadam gratia & benignitate concedatur; hæc etiam adeo favorabilis est, ut non deducta deduci, non probata probari possint per *l. 4. de Temp. & appellatio illa è contra nihil novi habere debet, sed ex prioribus actis solum justificanda est. Ord. Cam. pap. 3. Tit. 53. §. erstlich* de quo jam supra. Illa in iudicio summo locum non invenit, hæc vero tanquam ultimum præsidium contra sententiam.

tentias à supremo iudicio latis, adhibetur, ut, quia hoc ultimo remedio excluditur, in perpetuum exclusus maneat. *Ordin. Cam. Tit. 53. §. im Fall & §. ob auch die revsio Lond. Dn. Strick. d. l.* differt ab Oberleuteratione in Saxonia in troducã. Si quidem ut Oberleuterationi sit locus, requiritur primò, ut causa, super qua interponitur in prima statim instantia in Aula Electoris seu summo Appellationis iudicio cœperit, secus si in iudicio inferiori ventilata & ad finem deducta per appellationem eo sit devoluta *vid. Carpzov. in Process. tit. 17. art. 5. n. 13.* secundo ut definitivè in Aula Principis vel summo Appellationis iudicio sit pronuntiatum *Carpz. d. l. in om. 31.*

#### XIV.

**C**eterùm ad formam Revisionis pertinet, ut ritè & legitimè perficiatur, quaedam verò ad præparatoria quaedam ad concomitantia sunt necessaria; Ad illa requiritur Insinuatio seu designatio per supplicationem. *O. C. Tit. 63. §. damit auch / r. J. P. W. P. 1. Tit. 78. vers. daß nehmlich / r.* Et in Camera quidem requiritur, ut designatio fiat Electori Moguntino, ut Cancellario, in scriptis *O. C. d. l. Rhodung. l. 3. Tit. 61.* In hoc Ducatu supplicatio insinuanda est superiori Consilio dem Ober-Rath Land-Recht / *d. l.* Formula hujus supplicationis est, ut significetur Judici ad quem Revisio spectat, supplicentem ex sententia hoc vel illo die lata, cujus copiam simul exhibet, se maximè gravatum sentire, atque in Legibus concessum Remedium Revisionis apprehendere coactum esse & si quidem in Camera sententia petatur, ulterius rogat ut Cæsareæ Majestati & futuris Revisoribus ut & iudicio Camerali id ipsum Elector notificare velit *vid. Schwanem. de Process. lib. 1. cap. 75. inf. Gzlm. Tom. 2. P. 8. num. 14.*

#### XV.

**T**empus Revisioni insinuandæ præstitutum est in Came-  
B 3
ra

ra quidem, ut fiat duobus mensibus juxta *O. Cam.* postea per *R. Deput.* 1557. §. 23. constitutum, ut fiat intra 3. menses. Tandem ex *R. novissimo Revisio* intra quatuor menses, sub poena defensionis apud Moguntinum, vel eo in causa interesse habente, apud Electorem Trevirensis petenda & Camerae insinuanda *d. R. §. 127.* Subjecta submissa petitione, ut interposita Revisio, futuris Revisoribus indicetur & Camerae Imperiali notificetur, ne ulterius in causa procedat, & sententiam executioni mandet, *Stryk. Inrod. ad Pr. sör. d. v. 23. §. 30.* cui implorationi indistincte Moguntinus deserret tenetur, nec cognoscere potest, utrum bene, vel male Revisio petita sit, quia Justitiam petita Revisiois iudices Revisorii affirmant *Blum. th. 79. §. 9. Stryk. d. l. p. 63.* In hoc Ducatu observatur *O. C.* ita, ut intra 3. menses sit insinuanda *Q. d. T. 78. pr. ibique Lauterb.* Hoc autem tempus currit à tempore late sententiae in foro quidem nostro provinc. Württenb. *Land. Recht/ d. l.* in Camera autem Imperiali, tempus hoc demum à die denunciatae Revisiois currere existimat. *Rumel. ad. A. B. P. 2. D. 2. Th. 21. num. 6. Linn. d. j. P. lib. 9. cap. 2. num. 207.* quamvis hodie hac controversia non sit opus, cum illud tempus post novum Imperii Reccessum in §. 119, currat à tempore late sententiae *Rboding. lib. 3. T. 61. p. 918.*

## XVI.

**F**Acta hoc modo insinuatione, in Camera quidem ad officium Moguntini pertinet, ut is tres menses ante Calendas May. Caesari eam significet & Visitationibus ejus ad auiam visitationem deputatis Cameraeque Imperiali cum requisitione ut ad hanc revisionem Comissarios Excellentes, eruditos & in revidendis actis peritos mittant *dit. O. C. d. l. Magnif. Dn. D. Schweder. in P. Patronus noster nunquam non colendus P. Spec. sect. 1. p. 430. 2.* Requiritur Juramenti revisorii praestatio; cum exhibitis gravaminibus *d. §. in Füssen da die appellation & in Camera quidem Revisores speciale juramentum ad hanc causam praestare tenentur,*  
cujus



cius formulam vide in *O. Cam.* und sollen der Kaiserlichen Was  
 iestät / *rc.* nec reputantur pro Judicibus, quamdiu non jurati  
 manent. *Reink. d. R. S. 4E. Class. 2. cap. num. 12. 15. Limn. lib.*  
*9. cap. 2. num. 220.* In hoc Ducatu Allessores juramentum præstare  
 non coguntur, sed fide jurisjurandi, quod initio officii præstiterunt,  
 judicare tenentur; præter judicem verò partes etiam jurare tenentur,  
 & in Camera quidem, parte adversa petente, juramentum Calumniæ  
*O. C. §. wir sehen / rc.* quod tamen vel ultro ex Nov. Imperii  
 Recessu præstandum statim ipso in actu intimationis, vel ad mi-  
 nimum currentibus 4. mensibus à die publicatæ sententiæ  
*Rhoding. lib. 2. Tit. 61. p. 847.* In hoc Ducatu intra 14. dies  
 post Revisionis insinuationem impetrans ad præstandum juramentum  
 malitiæ citatur juratque daß er solche Revision nicht aus Muth-  
 willen / oder seinen Gegentheil dardurch abzutreiben / sondern  
 in der Meinung durch die ergangene Urtheil wider Recht beschwert  
 zu seyn begehret / *rc.* & si ex actis non constet utrum summam 200.  
 florenorum excedat causa, insuper jurat, daß er lieber 200. st man-  
 geln oder von dem Einigen geben / als in der Hauptsach ver-  
 lustiget werden wolte / *rc.* *Landt. T. 78.* darauff sollte / alsdamm  
*Bocer, Disp. 35. num. 54.*

## XVII.

**D**epositio certæ summæ in lectoria Judicii Cameralis requi-  
 ritur, à parte quæ Revisionem petit, facienda *O. C. p. 3.*  
*Tit. 63. §.* und damit in solchem / *rc.* quanta imponi-  
 tur ab Electore Moguntino vel ejusdem deputatis Consiliariis pro  
 portione ejus, quod est in lite, *Dn. D. Schweder d. l.* scilicet pro-  
 portione personarum & gravitate causæ, etiam in hoc Ducatu,  
 secundum quantitatem rei, quæ est in lite, non tamen ultra 200.  
 flor. decernitur *Ordin. Dicast. Part. 2. Tit. 1. add. Landt. Recht.*  
*d. Tit. 78. §.* so dann *b. Tex. ad R. J. Novis Disp. 13. Th 6. Benl. de Re.*  
*vis. Concl. 15. Blum. l. 28. n. 129. Mag Dn. D. Harpr. Resp. Crim.*  
*§. civil. Vol. 6. Resp. 95. n. 147.* Patronus æternum venerandus  
 ubi

ubi Practicus horum usus videri potest. Petita verò à Moguntino revisione, in ejus potestate situm non est, recipere, vel rejicere petitam Revisionem *Reinking. d. Tractat. lib. 2. Class. 1. num. 15.* sed Cameræ Imperiali cognitio competit, an eam admittere velit nec ne. *vid. Beat. Myller ab Erenbach. add. Rumel. A. B. p. 2. D. 2. Th. 24. in addit. lit. C. Add. Plebft. ad J. P. W. P. 1. 0. 194.* ubi hæc in compendio exhibet. Hæc, de quibus jam dictum, pertinent ad formalia Revisionis, quorum si unum fuerit neglectum, Revisio deseritur, & pro non intimata habetur. *Rhod. in Cam. n. p. 918.* Utrum verò de formalibus hisce Revisores cognoscere possint *vid. Text. tit. 3. cap. 3. Adv. P. 8. d. 85.*

## XVIII.

**H**isce ita observatis sequitur modus procedendi in ipso judicio Revisorio; ubi primò in genere monendum, hoc judicium non esse ordinarium, sed summarium, inde Revisores ad observantiam ordinarii Processus non sunt adstricti. *Beuder. d. Tr. Concl. 18. num. 44.* Personas quod attinet litigantes, forma Revisionis in eo consistit, ut impetrans Revisionem, Causas gravaminis unico saltem scripto comprehendat, & ad eas adversa pars itidem unico duntaxat scripto, utrinque tamen nihil novi continente, sed ex prioribus actis de prompto, respondeat. *O. Cam. p. 3. Tit. 53. §. Exstlich / 1c. D. Stryk in Introd. ad Prax. for. c. 23. §. 30. Du. D. Harpr. Resp. 95. d. n. 156.* Hodie tamen causæ gravaminis intra quatuor menses summariter exhibendæ sunt. *R. J. d. Anno 1654. §. in Fällen da / 1c.* unde in Judicio Revisorio cessat Regula non deducta deducam, non probata probabo. *Laud. Myler. ab Erenbach. ad. A. B. Rumel. appell. Th. 25. lit. A. Disp. Bocer. d. c. n. 24. 11.* In foro Württenb. idem ferè observatur uti traditur in *J. P. W. Part. 1. Tit. 78. §. wann* ibi:  
*Ann 167. 11c.*

ibi : unsern Obern Rätthen die gebettene Revision also bewilliget / soll des Impetranten Deduction und Beschwehungs-Schrift seiner Widerparthey (ihr Gegennothdurfft in gleichem Termin der dreyer Monaten von Zeit empfangener Copien angeregten Beschwehungs-Schrift anzurechnen / ebennässig in einer Schrift fürzubringen) zu gestellt / solche Schrift auch gleichfals allein aus den vorigen Acten, also daß in Facto und in der Geschicht darinn nichts neues eingeführt / gezogen / und darüber keinem Theil weitere oder mehr Christen zugelassen werden. Plebst. ad J. W. Disp. I, 8, 195.

XIX.

**E**Xhibitis his scriptis, in Camera quidem Casareus Commissarius & Deputati Consilarii, vigore juramentorum de novo in tali causa praestandorum, cum Praefide & Assessoribus Camerae, qui sententiam tulerunt, & hi quidem sub religione juramenti, quod initio officii jurarunt, omnia & singula judicii Acta summa cum diligentia perlegunt, revident, & perpendunt, deinde Assesores, primo justificatis Revisionis formalibus, ix. tradd. Fleckii, eumque laudantis, cit. *Da D. Harpprechtsi, Resp. 95. num. 157. & seqq.* (ubi valde signanter de eo disquirir: Utrum, quando Dynastia est sequestrata, & ad illam Dynastiam spectantes subditi in Principis Sequestris Dicasterio litigant; lata verò Sententiâ Pars victrix ad Remedium Revisionis recurrit, illius Formalia secundum Stylum Curiae talis Sequestris; an verò illius Loci, in quo res litigiola existit, sint justificanda?) in praesentia Deputatorum causas, & fundamenta prioris sententiae referunt & postea Consilarii seu Visitatores soli absentibus Assessoribus desuper cognoscunt & sententiam priorem vel reformant vel confirmant *D. Schweder. de l. quavis & hic impetranti celerioris expeditionis causa consultum*

C  
simpli-

fit simpliciter ad acta priora submittere *Dn. Stryck, in Introd. ad Prax. forens. cap. 23, §. 31. Rhodig. lib. 3. cap. 61. 922.* In foro Würtemb. necessarium non est, ut ad Judicium Revisorium citentur Assesores supremi Dicafterii, qui sententiam ante latam conceperunt, sed utrinque scriptum ad Judicium Aulicum mittitur, ut Assesores illi causas & rationes sententiae latae indicent, quo facto Revisores, eo, uti jam dictum, modo judicare tenentur *Ländt. p. 1. Tit. 78. §. folgende / r. Plebst. ad J. P. W. Diss. 1. d. 196.*

X X.

**E**ffectum Revisionis quod attinet, distinguendum putamus, an Processus in Judicio Revisorio sit in pendenti, an vero sententia in Revisorio sit lata? priori casu, maxima est controversia, an Revisio impetrata executionem sententiae suspendat, vel impediatur, quamvis verò per R. J. N. de Anno 1654. §. nach Berathschlagung / 124. (ubi effectum devolutivum saltem habet *B. Text. Diss. 32. in Corollar. coroll. 8. vid. omninò hac prolixius recensens Dn. D. Harppr. Resp. Crimin. & Civil. vol. 6. Resp. 95. num. 150. & seqq.*) nodus ille Gordius sit solutus. *vid. Excell. Dn. D. Schweder. ind. Part. Spec. Sect. 1. cap. 13. num. 16.* attamen cum pars Reo in Revisorio cautionem de restituendo offerre debeat, si modò executione frui velit, *Dn. Stryck. in Introd. ad Prax. for. d. cap. 23. §. 31.* idè effectus suspensivus adhuc hodie maximas patitur quaestiones. Et 1. quidem utrum statuum Imperii scripta cautio sit sufficiens, item an intuitu paupertatis planè remitti debeat? quod Judicis arbitrio *d. §.* relinquit: Præterea dictus Recessus tantum pertinet ad Revisiones hoc Remedio antiquiores; regulariter enim leges ad futura negotia, non ad præterita pertinent *l. 7. C. de legibus.* 2. Limitatur iste Recessus in causis Religionem concernentibus, vel Ecclesiasticis *d. §.* in quibus adhuc effectu suspensivo gaudet Revisio *Blum. Tit. 79. Stryck. d. l. p. 65. in casibus sc. quibus eas Camera recepit.*

ceptit, nempe ubi agitur de possessione vel quasi rerum Ecclesiarum, decimarum puta, juris patronatus post *Lynker de gravam extrajud. cap. 6. §. 26. Laud. D. Schweder. d. 1. unde Brun. J. prud. Eccles. cap. 10 §. 22.* concludit, eandem in Consistoriis principum & Statuum Imperii petitam & admissam executionem sententiae suspendere debere *add. It. Stryck, ditz. lib. pag. 66.* Utrum verò Revisio effectum suspensivum, quem olim habuisse à plerisque contenditur, contra solas sententias in Camera Imperiali latis, amiserit: an verò idem etiam de sententiis in judicio Imperiali Aulico, & in aliis supremis Imperii Principum & Electorum Tribunalibus publicatis sentiri debeat? sollicitè discutit *Laud. D. Harpprecht. d. Resp. 95 num. 153. 173. cum seqq. §. num. 190. cum seqq.* ubi etiam Observantia Dicastrii Clivenfis, Regii Suecici, quod Vismariae floret, itemque Palatini supremi Tribunalis adducta videri potest. *Addat. ab isto laudata Disp. Dn Cocceji, de judiciis revisor. b. 23.* In hoc Ducatu res est expedita, quod Revisio impetrata executionem sententiae non suspendat, si modò adversa pars sufficientem cautionem praestet, de rei casum succumbentiae restituenda *ditz. P. 1. Tit. 78. §. doch soll /c.* ubi tamen excipitur casus, quando nimirum restitutio illa parti gravata in causa principali facit praerudicium, tunc ad cognitionem Revisorum spectat, num sententiae executionem suspendi, an verò praestita cautione exequi permittant. *Laud. Ditz. d. 1. in fin. Plebsf. ad J. P. W. p. 1. 9. 198. vid. etiam omnino. B. Myler ab Ehrenbach in Metrologia cap. 14. §. 33. num. 6. §. 37. D. Harpprecht. d. Resp. 95. num. 186.* Dicastrium autem exequitur suam sententiam non per literas mutui compassus ut iudex in alieno territorio sed per literas executoriales quibus plerumque adjicitur terminus *vid. Carpz. de Process. Tit. 25. art. pr. num. 27.*

XXI.

**E**ffectus autem primus est; quòd pendente lite Revisionis, praesertim hodie in puncto cautionis nihil debeat innovari.

ri vid. *Text. ad d. Rec. Imper. cap. 3. T. 3. cap. 7. num. 52.*  
 secundus Effectus est devolutio, si enim Revisio sit impetrata,  
 possunt Revisores cognoscere, an bene vel male causa decisa sit,  
 & si quidem cognoverint & sententia reformetur, impetranti seu  
 parti victrici pecunia deposita restituitur *O. C. Part. 3. Tit. 53.*  
*num. 63.* in editione Blumens §. und solle dieselbe ibi: soll der  
 Parthey ihr Geld wiederum zugestellt werden. *Dn. D. Schweder.*  
*d. l. J. P. W. I. Tit. 78. §. und wann die / r. Rhodig. d. Tr. p. 922.*  
*vid. Rumel. ad A, B, d. l. Cor. 5. Diss. 2. Thes. 25, cum addit.*  
 executio verò sententiæ reformatae, ex præscripto ordinationis, non  
 ad Revisores, sed ad Cameram spectat. *O. C. d. §. 4. Tit. 53. in f.*  
*Dn. Schweder, d. l. pag. 431. num. 15. add. Rumel. d. l. th. 27, si*  
 sententia confirmetur, eam perdit & Fisco Casareo loco penae ce-  
 dit, & ad sustentationem Camerae impenditur *O. C. d. l. §. im*  
*Gall aber Blum. in Proc. Tit. 79. §. 25. Stryck. d. l. n. 64. add. Rum. d.*  
*l. th. 24.* In hoc Ducatu verò Serenissimo Fürstl. Württem. Lands  
 Recht d. l. ibi: in welchem Fall das hinderlegte Geld uns allers-  
 dings versallen und eingezogen / r. *Plebß. ad J. P. W. Disp.*  
*I. d. 197,* ubi simul de expensis distinguendo respondet. Præter-  
 ea, si temeritas litigantium sit maxima, locum etiam habet alia  
 pœna, iudicio Revisorio solvenda. Fürstlich Württembergisch Lands  
 recht / p. 1. *Tit. 28. §. und wann die ibi: darneben auch gegen*  
*ihne wegen geübter temerität und Wuthwillen weiter gebühr-*  
*ende Straff nach Erkantnuß fürgenommen / r., & si propter*  
 inopiam impetrantis pecuniaria pœna præstari nequeat, impetrans in  
 corpore *Luat. l. 5. §. ff. de Jurd. Ben d. Cl. 8. n. 18. d. Strik. p. 64. ad A.*  
*B. Rum. Cor. 4. th. 24,* quod si verò per sex septimanas ante incipien-  
 dam Revisionem partes desistant ab illa, pecuniæ depositum saluum  
 & integrum retinent, refusus sumptibus in denunciationem factis *O. C.*  
*p. 3. T. pen. §. 8.* sed quaritur, ad quem pertineant sumptus rei? Re-  
 spondemus, ad Judicem Revisionis, & si quidem à sententia Camerali  
 ur petat Revisio, ided, quia Visitatio Camerae Imperial. incumbit itati-  
 bus in modum muneris publici, ergò extra casus aliter expressos sum-  
 ptus

tus de hac provenientes ab illis ipsis sustineri debent *Text. d. Tit. 3. cap. 3. in fin.* In inferioribus Statibus ad Judicem Revisionis, ideo spectant sumptus; quia Revisio est onus Jurisdictionis, Justitiam namque gratis, qui Jurisdictionem habent administrare coguntur.

**Sequuntur Contraria.**

**In XXII.**

**A**D ea pertinent sententiæ, quæ Revisionem non admittunt; denegatur publica Imperii lege autem Revisio 1. in causa Mandati de relaxandis captivis *Rumel. ad A. B. p. 2. D. 2. Th. 24. lit. E.* 2. In causa decretorum alimentorum, adeo, ut etiam, si concedatur Revisio, executio tamen suspendi non possit *R. J. de Anno 1600. §. belangend aber 12c.* 3. Camera Imperialis de novo introduxit singulari Senatus consulto nec in causa debiti liquidi & confessati, de quo per instrumentum publicum & guarentigiatum constat, Revisio admittatur *Klock. de Contrib. cap. 18. num. 149. & 150.* quamvis nondum publici Juris factum esse Sctum istud referat *Reink. D. T. lib. 2. Cl. af. 2. 15. num. 38.* contra ejus tamen validitatem plurima disputari possunt, quæ vid. apud *Besold. Thesaur. Pract. voc. Revision. num. 61.* 4. Non admittitur Revisio in puncto executionis *vid. Disp. Nostra de Execut. Sent. in causa Civil. Th. 37. 5.* nec datur revisio in re modica & vili (6.) nec In Contributionibus Imperii *Klock. D. Tr. c. 18. n. 141. Myler. d. l. Th. 14. in add. l. C. 6.* A sententia lata in judicio Imperiali Aulico, ubi non Revisio locum habet sed supplicatio *Fufr. Pac. Art. 5. §. 80. vers. quoad processum B. Mauritius in Notis ad Cappitulationem Leopoldenam ad art. 42.* ita porro regulariter Revisio in causis criminalibus locum non habet *Text. ad. R. J. Nov. Disp. 15. th. 16. Rum. ad A. B. Cov. 4. d. l. th. 28.* denique etiam ab initio nulla est Revisio, si fatalia fuerint elapsa, *Rum. ad A. B. d. l. Th. 28. cum addit. si de calumnia impetrans jurare recusaverit.*

XXIII.

**D**Enique ad Contraria pertinet sententia in Judicio Revisorio lata, non enim datur revisionis revisio regulariter *arg. l. 5. C. de Prec. Imp. Offer.* ubi semel tantum supplicare permissum, aliàs enim litium nullus esset finis; intanta provocandi libertate acicentia & quemadmodum non datur appellationis appellatio, *vid. l. un. C. neliceat in una ead. causa ter appell. ibique Brunn.* ita nec regulariter revisionis revisio *O. C. p. 3. Tit. 53. vid. Rummel. p. 2. d. 2. Th. 30. ibiq; Myll.* & hanc negativam defendunt *Afflic. Dec. 23. num. 2. Vincent. de Franc. Dec. 123. Masstrill. Decis. 45. num. 16.* unde contrarium in eam non ea esse introducendum suadet *Heigius. p. 1. quest. 10. num. 82.*

XXIV.

**E**T hoc quidem de eo, qui Revisionem petit, & in Revisorio succubuit, nullum habet dubium, verum si quis in Camera victor exitit, & in Revisione succumbat, an saltem ab eo Revisionis Revisio seu super Revisio peti possit, quæstio satis est nodosa, uti fatetur *Roding. π. Camer. 16. 3. Tit. 61. pag. 928.* quam negat *Job. Christoph. Uffenb. von Uffenb. in Tr. de Aul. cap. 23. num. 7. cum Gail. l. O. 155; num. 3.* quia in Constit. Imperii nullibi hoc videatur admissum, quin potius Revisio à sententiis Camerae Imperi. tantummodò & non aliis justa & licita sit, proinde hæc res juris communis Dispositioni relinquenda sit, hoc autem cautum esse, ut post supplicationem alia supplicatio non admittatur *d. l. 5. C. de Precib. Imp. offer.* attamen si ad æqualitatem, quæ in judicis est servanda, habeatur respectus, affirmati-

ya



va verior est censenda, cum Plebs, ad J. P. W. Diss. I. §. 1091  
 quoniam, quod in alterius persona quis æquum judicavit, id in sua  
 quoque persona æquum quis judicare debet, *soto sit quod quisque*  
*Juris in alium stat: ut ipse eodem jure utatur* possunt enim etiam Re-  
 visores sententiam bene latam, in pejus reformare, & sic aliquid  
 humani pati *Bend. de Revisione Concl. 37. n. 16. Klock. d. 1. Besold.*  
*Tb. Pract. Lit. R. n. 62. Roding. d. 1.* Et hoc casu à Judice Revisionis ap-  
 pellari ad Camera[m] docet Author præjudic: Camer: verbo *Revisio*  
*vid. Rumel. ad A. B. p. 2. d. 2. Th. 30. & ibi Myller.* Illud etiam  
 quer: an denegata Revisione denuò Revisio peti possit? Multi  
 hoc affirmant, cum hoc non sit bis Revisionem petere & con-  
 cedere, sed denegatam saltem Revisionem iterum, præhabita  
 meliori informatione & cognitione, admittere, quorum senten-  
 tiam tuetur *Valasc. Conf. 51. num. 27. Thom. Boerius d. 140. &*  
*seqq.* In Camera frequens est, ad denegatam seu refutatam Re-  
 visionem etiam secunda & tertia vice iterum denunciare, nisi Re-  
 visio fuerit ex defectu formalium denegata, & sic tanquam de-  
 serta fuerit refutata, tunc nec secunda admittitur, quia vitium  
 primæ transfunditur etiam in secundam *Roding. in π. Camer. lib.*  
*3. Tit. 61. p. 927.*

Ita porò petitam restitutionem in integrum, contra sententiam in  
 Camera Imperiali pronunciatam, tacitam continere renunciacionem  
 Revisionis defendit *Job. Eisenhard. de Proc. Inst. restit. in int.*  
*adv. quorumve judic. sent. in cap. 9. §. 14.* ex nucleo Responsio-  
 num cujusdam in Camera quondam Advocati Resp. VII. his ver-  
 bis: *dabey nicht verhalten kan / daß im Jahr 1584. in einer*  
*gar vornehmen Sach in etlichen Senatibus per majora geschlos-*  
*sen worden / 2c. quòd petità restitutione in integrum, & non*  
*obtentà, Revisioni non sit locus. Idque non caret ratione inquit, quia*  
*petendo restitutionem approbatur tacitè sententia per l. 3. §. sal-*  
*sus procurator ff. rat. rem hab. Ac simile quid in inferioribus ju-*  
*dicis obtinere, addit, ubi supplicatio aut Leuteratio interpositæ*  
 continent tacitam renunciacionem appellationis: & hoc ipsum  
 quo-

quoque ordinationibus judiciorum cautum esse. Plenius tamen sibi prospicere illos, contra quos vel supplicatio vel Luteratio interponitur, autumat, si exigant expressam renuntiationem appellationis vel ulterioris provocationis ab illo qui illis remediis utatur. *vid. d. Auth.* Sic & contumax vel deserens appellationem ad Revisionem actorum non admittitur. *Mer. Part. 4. dec. 353. num. 8. Brunn. ad l. 53. de judic. num. 2. Gosw. ab Esb. ad Carpz. Jpr. for. p. 1. cap. 2. Bender. de Revis. concl. 32. num. 14. Besold. de appellat. cap. 6. num. 4. pag. 264. vid. & Mer. Part. 5. Decis. 109. ubi, quòd si Judex Revisionis discedat à formâ Statuto vel LL. præscriptâ locum facit remediis aliis quibus impugnatur Sententia. Hinc Revisioni quoque adversatur, si Pars, revisionem petens, omiserit aliquid, quod ad formam Revisionis pertinet e. g. non allegando gravamina, uti decisum refert *Laudf. Mer. Part. 8. Dec. 58.* nec revisio concedenda si acta prioris instantiæ amissa fuerint si quæstio in solo facto consistat, quod secus dehinc si in jure consistat & acta priora citra culpam perierint juxta additionem *ad Rumel. A. B. Cor. 5. Diff. 2. Thes. 25. in fn.* ubi ita judicatum in supremo frisa judicio refert ex *Job. Sand. Dec. Fris. 16. Defen. 2.**

De cetero si unus duo vel tres revisores emanerint vel recusati fuerint revisio differri & sequentem in annum prorogari nequit juxta *Rumel. ad A. B. dist. 1. 4. Thes. 23. in addit. de de re auditione batavorum suo modo revisionis æmula vid. Ordin. Proc. Holland de Anno 1521. Art. 50. exhibitam verbotenus à Schot. Proces. judic. pag. 61. in fn.*

**SOLI DEO GLORIA,**

Tübingen, Diss., 1706-09

X 241 8747



DISPUTATIO JURIDICA

DE

1709 2.  
17  
REMEDIUM  
REVISIONIS,

Quam

P. 480  
SUPREMO NUMINE BENEDICENTE  
ANNUENTE AMPLISSIMO JURISCONSULTORUM ORDINE

PUBLICÆ  
VENTILATIONI SISTIT  
PRÆSES.

JOHANNES ADAMUS  
MAJER, CRUSIANUS U. J. D. Serenissimi Ducis  
Wirttembergici Profes. Extra-Ord.

RESPONDENTE

CHRISTOPHRO LUDOVICO GABLERO, LL.  
Stud. Stuttgard.

Ad diem April.

ANNO MDCCIX.

TUBINGÆ.

Typis Viduz GEORGI HENRICI REISCH.

